B τις 𝔄ΔΠ
133 D ἴσως 𝔄ΔΠ (Stob. A)
ἴσως σοι 𝔄Π
ὁμολογοῦμεν 𝔄ΔΠ

461 B τί δὲ 𝔄(ΔΠΞ)

En tibi plus ducenti loci, quibus scriptores nostri cum altera librorum Platonicorum familia consentiunt. quid? verbis multis opus erit ad obtinendum id, quod diximus, an probatum iam est alterius familiae memoriam archetypo Schanziano non dico esse supparem, sed antecedere illum temporibus? recentissimum adhibuimus Olympiodorum, qui est sexti saeculi Christiani; atqui quos Schanzius dixit libros archetypa saeculi noni sunt: ergo quas familia β praebet lectiones cum scriptorum memoria consentientes, eae ut originem ex illius archetypi memoria corrupta vel interpolata ducant fieri non potest. sed ut videas, quae huic meae argumentationi sit vis et praestantia, reputes velim, quantillam partem scriptorum eorum qui locos Platonicos suis in libris laudaverunt, in censum vocaverimus, quanta vero sit concordia, quae intercedit inter veteris textus Platonici testes et libros, quos deteriores vocant. hinc ratione colligendum, quanta iam haec concordia futura fuisset omnibus, quos licet attestari, in censum vocatis scriptoribus? neque vereor, ne quis obiciat concordiam illam forte natam esse: tantus enim est locorum numerus, ut qui contra nos pugnare constituerit, is rationi ipsi obviam ire censendus sit; quod enim ne verisimile quidem erit, contra rationem erit dictum.

Quae cum ita sint, pro certo habere possumus nullo modo familiam alteram ex prima familia corruptelis vel interpolationibus natam esse, immo illas alterius familiae lectiones, quas priore loco posuimus, non minus quam prioris familiae ad antiquos libros redire [1]). quid? quod tantum abest, ut olim solis prioris classis libris memoria dialogorum Platonicorum tradita sit, ut fuerint veterum scriptorum libri Platonici,

---

[1]) Consentiunt Phaedr. 248 E δημοκοπικὸς t(Ξ)*v et Aristides or. XXV. 499,546 Ddf., ubi δημοτικὸς 𝔄ΔΠDGT. quamquam ceteroquin Aristidem adhibere nolui, tamen hoc loco uti volui, quia maximi est momenti, quo demonstretur, quam ad antiquitatem altera codicum familia recedat; nam Platonis loco nostro oratorem vocem illam debere non est, quod probem. falso W. Schmid in libro, qui inscribitur, „Der Atticismus“ II p. 216 δημοτικὸς veram esse lectionem Platonis iudicavit; contra recte Schanzius hoc loco prioris familiae auctoritatem respuit.

in quibus deteriorum, quos dicunt, librorum lectiones dominarentur; neque dubito, quin multo etiam clarius appareret, quanta illa esset concordia, accuratiores Bekkerianis si librorum Platonicorum collationes nobis suppeterent, quod in iis potissimum locis, quos e 'republica' attulimus, maximopere propterea dolemus, quod hoc in dialogo ad unius fere Bekkeri collationes refugiendum nobis erat. sed quid doleamus, quae argumentationi nostrae oberant? probata est causa, probata vel unius testis virtute. diximus originem classis β ex temporibus, quae Byzantinorum aetatem antecedunt, esse repetendam. unum Proclum audi: acta est res. an testem maiore fide et auctoritate habere possumus quam celeberrimum illum philosophum, qui cum omnibus aetatis suae disciplinis philosophorum societatem atque commercium habuit, qui maxime fuit dignus praeter ceteros nomine philosophi, quippe qui omnem veterem philosophiam doctrina ac ratione comprehenderit? maxime itaque notandum est illum saeculo quinto Athenis, quae principalis et unica tum erat sedes philosophiae Academicae libris usum esse Platonis, qui valde discreparent a proprietatibus familiae prioris (α), ad alterius (β) proxime accederent. an Proclum putas consilio libros huius classis sibi comparasse, e quibus magistri verba ac sententias repeteret? an Proclum mira quadam ingenii fuisse divinatione, ut, quas praebent libri familiae alterius lectiones, tot ante saeculis coniectando et divinando quasi praeriperet? ergo apud summum quinti saeculi philosophum et Platonicum in auctoritate erant libri eis insignes lectionibus (β), quas non ante decimum saeculum ortas esse Schanzius edixit.

Haec hactenus de familia altera (β) memoria apud veteres scriptores obvia. sed ne quis dicat in argumentatione mea me huius solius familiae rationem habuisse, neglexisse, quae apud eosdem scriptores exstant testimonia lectionum prioris familiae α, sunt certe permultae eaeque gravissimae lectiones familiae α, quae antiquis libris scriptorum nostrorum ferebantur: ipsi nos lectiones has, quo facilius, quanta earum sit vis, perspicias, altera tabularum nostrarum columna comprehendimus. quid vero hoc ad nos? ecquandone hoc negavi-

mus? nostrum erat demonstrare lectiones familiae alterius novicias non esse. hoc prius erat; nunc ad alterum, quod inde efficitur venio, quod breviter ita dictum volo. sunt prioris familiae lectiones apud veteres scriptores, sunt alterius, et eae sunt, quae non secundum scriptorum singulorum exempla Platonica sint discretae, sed quae mixtae legantur utriusque familiae apud unum eundemque scriptorem. sequitur, ut saeculo sexto librorum Platonicorum duas illas familias, in quas nostri libri discedunt, nondum fuisse concedamus. dixeris solos me philosophos adhibuisse; audio: alium producamus. atque procedat Priscianus grammaticus longe alienus a philosophorum grege, cuius consentaneum sit exemplum Platonicum (nisi forte memorias Platonicas ad illius auctorem grammaticum referamus oportet) diversum fuisse ab exemplis philosophorum. hasce autem attestatur lectiones.

Priscianus.

I. Crito 48 B ἀλλ᾽ ὦ . . . πρότερον] vol. III 333,1 Keil
οὗτός τε 𝔄𝔗ΠΞΓΦΨDESBu Prisc.: οὗτός γε B^{2}u^2*v
δοκεῖ ἔτι 𝔄𝔗ΠΨD Prisc.: ἔτι om. Ξ *v

II Phaed. 57 A οὔτε τις . . . ἐκεῖθεν] vol. III 349,7
ἀφῖκται P: ἀφίχθη Prisc.
96 E καὶ τὸ . . . ὑπερέχειν] vol. III 371,12
πηχυαίου 𝔄ΠΞ*v Prisc.: πηχιαίου 𝔗: πηχαίου ΛΙ
ἡμίσει 𝔄^{2}𝔗^{2}Ξ^2*v: ἥμισυ 𝔄𝔗ΠΞ Prisc.

III. Sympos. 191 A ἐπειδὴ...ξυμφῦναι] vol. III 187,4
ποθοῦν ἕκαστον τὸ ἥμισυ τῷ αὑτοῦ ξυνεῖναι Voegelin,
...τὸ αὑτοῦ...ξυνεῖναι 𝔄ΔΥDKwy: ...τὸ αὑτοῦ ... ξυνήει
t(Ξ)*v Prisc. Stob.

IV. Phaedr. 234 E εἰ γὰρ . . . σὴν] vol. III 376,12
ἀλλ᾽ εἰ δοκεῖ Prisc. (Ficinus vertit: 'si enim *vis*'): εἰ γὰρ
δεῖ P

V. Alcib. 104 E ὅρα . . . παυσαίμην] vol. III 265,4
μόγις καὶ t(Ξ)*v Procl. Olymp.: καὶ μόγις 𝔄ΔΠ Prisc.
ἐγὼ γὰρ . . . ἔρωτος] vol. III 265,12
διῆλθον 𝔄ΔΠΥ^1 Prisc. Procl.: διήλθομεν t(Ξ)*v
τε καὶ 𝔄ΔΠ: καὶ t(Ξ)*v Prisc. Procl.

121 D προστέτακται...κατορθοῦντες] vol. III 336,5
ἐπιμελεῖσθαι t(Ξ)*v Prisc.: ἐπιμέλεσθαι 𝔄ΔΠ
ὅπως ὅτι t(Ξ)*v: ὅπως 𝔄ΔΠ: ὅπως καὶ ὅτι Prisc.

VI. Alcib. II 139 C πάντας . . . φαίημεν] vol. III 252,15
πάντας t(Ξ)*v Prisc.: πάντες 𝔄ΔΠ
143 B καὶ τό γε . . . εἴη] vol. III 252,17
ἄν οἰηθείη Prisc.: ἄν om. P
ἱκανὸς εἶναι P: om. Prisc.
κατάρᾳ P: καὶ κατάρᾳ Prisc.

VII. Theag. 127 D οὐ γὰρ . . . ὠφελῆσαι] vol. III 253.9
ἔδοξέ σοι P: σοι ἔδοξε Prisc.
εἴην Prisc. (ci. Ast.): ἦν P

VIII. Charmid. 155E ὅμως δὲ...τοῦ φύλλου] vol. III 253,15
ποιοῖ 𝔄t*v Prisc.: ποιεῖ ΣEr: ποιεῖν ΞF
160 C οὐδὲ ταύτῃ . . . οὐδαμοῦ] vol. III 336,21
σωφροσύνη P: σωφροσύνης Prisc.
ἢ τὸ Γ(Ξ)*v Prisc.: ἢ τοῦ 𝔄tΘEG
οὔτε . . . οὔτε Prisc.: οὐ . . . οὐ F: οὐ τὸ . . . οὐ τὸ 𝔄t*v

IX. Lysis 209 E εἰ τοὺς . . . κωλύοι ἂν] vol. III 253,2
ἰατρικὸν Γ: ἰατρὸν 𝔄t*v Prisc.
210 A ἆρ' οὖν . . . ἔχει] vol. III 253,5
ἑαυτῷ καὶ P: ἑαυτῷ τε καὶ Prisc.
ἔχει (Ξ)*v Prisc.: ἔχοι 𝔄tΘΣBCye
211 E ἐγὼ δὲ . . . ἐρωτικῶς] vol. III 253,9
τῶν φίλως P: φίλων Prisc.

X. Protagor. 320 C πολλοὶ...διεξιέναι] vol. III 374,2
οὕτως διεξιέναι P: οὕτω ἐπεξιέναι Prisc.

XI. Gorg. 458 D ὥστε . . . χαριεῖσθαι] vol. III 266,5
ἔμοιγε κἂν P: εἴ μοί γε καὶ Prisc.
ἐθέλητε ΦCI: ἐθέλοιτε 𝔄t(Ξ)*v Prisc.
χαριεῖσθε t(Ξ)v: χαριεῖσθαι 𝔄 (solus) Prisc.

XII. Hipp. mai. 299 A ὅτι φήσομεν...φαγεῖν] vol. III 340,5
καταγελῴη AtΞYv: καταγελῷ ΓΘ alii Prisc.
εἰ P: ἦν Prisc.

XIII. Io. 530 C οὐ γὰρ . . . ποιητοῦ] vol. III 360,17
ποτε P: om. Prisc.
ἀγαθὸς om. P: ante ῥαψωδὸς hab. Prisc.

συνείη Σ Prisc.: συνιείη Wr: συνίει Θ: συνίη (Ξ)*v
τοῦ ποιητοῦ P: ποιητοῦ Prisc.

XIV. Reipubl. 336 D νῦν δὲ . . . πρότερος] vol. III 356,8
ἤρχετο P: ἤρξατο Prisc.
ἐξαγριαίνεσθαι A(ΠΞ)*v Prisc.: ἀγριαίνεσθαι DKq

354 B οὐκ ἀπεσχόμην . . . ἐλθεῖν] vol. III 299,10
ἐπὶ τοῦτο P: διὰ τούτων Prisc. cf. Protag. 320 C

394 C ὅτι . . . εἶναι] vol. III 324,5
ἔτι σκεπτέον A(ΠΞ)*v: ἐπισκεπτέον ΘΦr Prisc.

E ὅτι εἷς . . . δὲ οὔ] vol. III 304,15
μὲν ἂν P: ἂν om. Prisc.

397 D πολὺ δὲ . . . παῖς] vol. III 348,21
παισὶ P: παῖς Prisc.

Quid? condicio memoriarum Platonicarum non plane eadem est apud grammaticum quam apud philosophos deprehendimus? mixtae sunt ita duarum familiarum lectiones, ut utri exemplum Prisciani Platonicum adscribas dicere non habeas. possum addere Aristidem, Athenaeum, Eusebium, Stobaeum (quod quin facerem dissertationis finibus artis imprimis prohibitus sum): augebuntur argumenta, causa eadem erit. eadem per omne antiquitatis tempus, ut ita dicam, facies librorum vetustissimorum Platonicorum nobis illucet. nec mirum: fere eadem iam tertio ante Chr. n. saeculo erat. etenim antiquus ille testis, qui nuper ex Aegypti latebris luci redditus est, Phaedonis papyrum[1]) dico, vetustatem lectionum, quas nos dicimus familiae β, comprobat. quamvis enim parvae et detritae sint illae laciniae saeculo tertio ante Chr. n. vergente exaratae, tamen nos docuerunt et eas lectiones, quas nos priori classi adscribere solemus, et eas, quas alteri, in libris Platonis iam remotissimis illis temporibus infuisse. sed copiosius de papyro illa agere huius dissertationis non est. hoc tamen lucrum fecimus mentionis, quam illius iniecimus, quod clarius nunc hoc patet: si libri, qui usque ad sextum saeculum ferebantur, nobis suppeterent, non futurum esse, ut

---

[1]) Flinders Petrie papyr. ed. Mahaffy I 18 sqq.

eos secundum nostrorum librorum naturam et condicionem in duas classes discerneremus: nam mixtae leguntur in relliquiis illis papyri Platonici lectiones familiarum nostrarum α et β.

Iam in eo est, ut libere profiteamur, quid de discrimine, quod inter duas familias α et β constituunt, censendum sit. quosnam libros alterius familiae β dicunt? eos, opinor, quos quam plurimis locis a libris 𝔄A discedentes deprehendunt: quos prioris familiae? quos quam multis locis consentientes cum iisdem duobus libris contra tΞ alios. nullus omnino est certus atque definitus limes, quo duarum familiarum fines accurate circumscripti sint; sed velut flumina duo, quae coeuntia undas suas ita miscent, ut primum alterius aquae prope alterius defluant, tum sensim paullatimque coalescant in unum, ita miscentur familiae librorum Platonicae. fideles testes prioris familiae unicos habemus 𝔄 et A, quoniam vel in iis, qui ab his proxime absunt, libris (ΔΠ) lectiones deprehenduntur, quas ut ab 𝔄 recedere, ita ex β originem ducere fatendum est. quid vero de familia β iudicemus? nullum fere dico librum esse, quam illius testem et ducem praedicaveris. non vereor, ne hic mihi t memores: inspicias, quaeso, quas in priore capite composuimus lectiones ut videas, quot locis egregius hic (t) testis alterius familiae cum 𝔄 consentiat, recedat a Ξ. cuiusnam ergo familiae eas esse dicamus lectiones, quas proprias Ξ aliique easque a t diversas his locis praebent? credo alterius familiae; differunt enim ab 𝔄. ergo plurimi sunt loci, quibus t familiae priori addictus ab altera β recedit; idem cadit in Ξ. omnino nullus meo quidem iudicio liber, quem alteri familiae β addicunt, invenitur, cui non immistae sint lectiones, quas prioris esse ex auctoritate libri 𝔄 autumant. etenim ad constituendum ordinem, cui librum quendam adscribant, argumento vel indicio uti solent hoc: quibus in libris lectiones cum 𝔄 consentientes superant eas, quae ad t vel Ξ accedunt, eos familiae α esse iudicant; quibus in libris plures deprehenduntur lectiones librorum t vel Ξ quam 𝔄, eos familiae β addicere solent. pauci sunt libri illius (α) familiae, plurimi huius (β). quae cum ita sint, aperte ac sincere confiteamur oportet duas illas familias accurate distingui omnino non posse. itaque minime mirum

ferri nunc permultos libros, quos utri familiae, α an β, adscribas, iure dubites; quare tertiam illam librorum familiam constituerunt, quam mixtam dicunt. revera multo plures quam nunc credunt ex altera familia libros mixtum illud genus complectitur, paene dixi universam familiam alteram.

Iam hanc alterius familiae naturam compara cum condicione librorum Platonicorum, quae ex scriptorum memoriis Platonicis nobis innotuit: videbis simillimas eas inter se esse. quaeris: ergo tu familia β nihil nisi vulgatae, quam dicunt, vestutae memoriam propagari, familia α recensionem quandam recentiorem exhiberi? minime ego ita; foret eius, qui praepropere magis quam cautius iudicaret. sed velim hoc nunc teneas; progrediente quaestione videbis multum hoc scire interesse, quam arta illa sit affinitas vetustissimorum testium et familiae β.

Venio nunc ad eum locum, qui est de communi omnium librorum nostrorum Platonicorum archetypo. Schanzius (Studien zu Plato p. 23) demonstrare studuit, libros nostros ad unum archetypum redire omnes (secundum Thrasylli dialogorum ordinem, qui dicitur, adornatum). certa est res: quod ille suis argumentis effecit, idem nostris, quas priore libelli capite composuimus, copiis probatur. memoriis enim illis Platonicis lectiones praebentur plurimae, quarum in nostris libris Platonis — quoad nobis noti sunt — nec vola aiunt nec vestigium. duplex autem novarum harum lectionum est ratio. altera enim parte eae continentur, quas aut certo deteriores librorum nostrorum lectionibus esse iudicaveris aut non meliores, ita ut dubius haereas, altera parte eae, quibus verum traditur, cum omnes libri nostri communibus erroribus et corruptelis laborent. quod ut liquido pateat, locos sub uno conpectu secundum dialogorum ordinem digestos afferam. atque primum quidem colligam lectiones scriptorum falsas et ambiguas, deinde eas, quas illi sanas pro nostrorum corruptis praebent. priores hae sunt:

a) falsae et ambiguae scriptorum lectiones.

Phaed. 61 D τούτων Olymp.
62 C ἤδη Olymp.
E †τέως Olymp.
64 B [τοὺς πολλοὺς] Iambl.
66 B *γνησίοις Iambl.
τι Iambl.
C πολλῆς om. Iambl.
E [τὰ ἕτερα] Iambl.

67 A τε om. Iambl. Plut.
D τοῦτο δὲ Iambl.
68 D [κακῶν om.] Iambl.
E τούτῳ Iambl.
69 A [τῷ om.] Iambl.
καὶ om. Iambl. Stob.
C ἢ Iambl.
70 B †οὖν Olymp.
*συνακούσαντα Olymp.
D οὑτωσὶ ἄρα Olymp.
71 B [πράγματος om.] Olymp.
[τὸ συγκρ.] Olymp.
[τὸ ψυχ.] Olymp.
ἑκατέροις Olymp.
72 D [αὐτὰ om.] Olymp.
73 A †γε Olymp.
82 C οὐχὶ Iambl.
[οἱ φιλότιμοι] Iambl.
83 C [ὅτι δὴ] Iambl.
ἥσθ. σφόδρα ἢ λυπ. Iambl.
[ἐπὶ τούτῳ] Iambl.
[πάσχῃ μάλιστα τοῦτο] Iambl.
92 D ἐκ Procl.
97 C γίνεται καὶ ἀπ. Simpl.
99 B μὴ om. Simpl.
108 A τριόδους Olymp.
Theaet. 173 E πέταται Clem. Eus. Theod.
174 A *ἀναβλέποντα Iambl.
B τί δὴ Iambl.
διαφέρον Iamb.
ἢ ποιεῖν Iambl.
συγγινομένοις Iambl.
C ἕκαστος Iambl.
αὐτὸς Iambl.
D τῶν συβώτων Iambl.
†add. γάλα Iambl.
175 C πολὺ Iambl. Euseb. FG
γέ τινες Iambl.
αὐτὴν Iambl.
D ἐναντίοις Iambl.
καλεῖν Iambl.
E ἐπισταμένους Iambl.
θατέρου Iambl.
[δὲ om.] Iambl.
176 A ἀπολωλέν. Simpl. Theod.
ἀεὶ om. Simpl. Theod.
C *ἀνδρεία Iambl.
D [ἔχει τι] Iambl.
E [ἀθέου om.] Iambl.
177 A ὁμοιοιοῦντυ Iambl.
B ὅταν Iambl.
δοκεῖν μηδὲν Iambl.
183 D προκαλ. ἐς λόγους Procl.
Sophist. 242 D ἀσφαλέστερον Theod. Eus.
ταῦτα om. Simpl.
244 B ἀποκρινέσθων Simpl.
245 C οὐ πλείω Simpl.
D τὸ ὂν Simpl.
[ὁπόσον ἦν] Simpl.
249 B *κινήτων Simpl.
251 A [πολλὰ om.] Simpl.
B εἰ (ἐπι-) λαβέσθαι Simpl.
C τὸν μὲν Simpl.
[ἐνίοτε om.] Simpl.
254 A τῶν πολλῶν τῆς Procl.
ἀληθὲς Procl.
256 D εἴπερ Simpl.
258 C *ἐπι- (ἀπο-) ζητήσαντες [Simpl.
D ἐοντα Arist.
*τοῦ ὄντος Simpl.
E [ἕκαστον] Simpl.
μὲν ἔδοξε τάλ. Simpl.

259 A διεληλυθότε Simpl.
B τὸ δὲ μὴ ὂν Simpl.
Phaedr. 242 B καὶ Procl.
C ἃ ἂν Procl.
[πρὶν ἂν ἀφοσιώσομαι om.]
ὥς δή τι Procl. [Procl.
245 C ἄλλο τι Alex.
γένοιτο Simpl.
ἄφθορον Stob.
εἶναι ἀνάγκη Stob.
D δὴ om. Alex. (Simpl.)
E τοῦτο Alex.
αἰσχύνεται Alex.
246 A οἷον γὰρ Procl.
†δεῖται Procl.
B ψυχὴ (γὰρ) πᾶσα Simpl.
E θεῖον, ἅπαν Procl. [Euseb.
ἄρδεται Procl.
247 B ῥᾳδίως om. Procl.
C ποιητὴς τῶν τῇδε Simpl.
[ἔχει . . . λέγ.] om. Simpl.
νῷ θεαταί (θεᾶται) Syr.
θεατῇ Simpl. Procl.
E ὂν om. Simpl.
249 B χιλιοστῷ δὲ Procl.
καὶ Procl.
Alcibiad. 103 B οὐκ Procl.
μηδὲ τὸ λοιπὸν Procl.
†οὐδείς ἐστιν Procl.
104 A πρῶτον Procl.
C ἐλπίδα ἔχων Procl.
105 A *σὰ om. Procl.
B [μέγιστος γενήσῃ] Procl.
D ἐπιθεῖναι Procl.
*μὲ om. Procl.
ἐλπίδα Olymp.
E *συνεργός τις Procl.
105 E [ὥς ἐμοὶ δοκεῖ om.] Procl.
*ἀφῆκε Procl.
106 A τοιαῦτα Procl.
πλέον ἔσται Procl.
B ἢ Procl.
[μοι om.] Olymp.
C *τυγχάνοις Procl.
E γε om. Procl.
*τὴν ἐμὴν om. Procl.
107 B αὖ om. Procl.
ἀμείνων Procl.
108 C *δὲ Olymp.
*τίν' Olymp.
D βέλτιον Procl.
109 A καὶ ἐν Procl.
B ἢ τὸ ὧδε Olymp.
εἰ δὲ Procl.
γε om. Procl.
E *εὑρεῖν γε Procl.
110 A μέντοι Procl.
B πονηρὸς καὶ Olymp.
C μὰ Δί' Procl.
οὔκουν ἔγωγε Procl.
D *φαινόμενα Procl.
[σοι om.] Olymp.
[αὐτὸ] Olymp.
κἀμοίγε Procl.
E *σπουδ. τι Olymp.
οἶμαι om. Olymp.
111 A μὴ Procl.
αὐτὸ Procl.
B *ταύτην Olymp.
C εἰ μὲν Procl.
D [οὐκοῦν om.] Procl.
*μαθεῖν Procl.
*δοκεῖ Procl.
112 B ταύτην γε Pro

112 C *Κορωνείᾳ συμβᾶσ. Procl.
ὅτε Procl.
[Κλεινίας om.] Procl.
περὶ δικαίου Procl.
D †τῶν κακῶν Procl.
τὰ δίκ. κ. τ. ἀδ. εἶδέν. Procl.
ἐξεῦρες Procl.
E εἶπας Procl.
ἔρωμαί σε Olymp.
*ποῖα πλείῳ Olymp.
113 A *ἴθι δὲ Olymp.
B [ἢ om.] Procl.
ὁ Ἀλκιβ. Procl. Olymp.
*ἐπίσταται Olymp.
συμβουλέυειν Procl.
C *κινδυνεύει Olymp.
ἔχεις ἐν νῷ Olymp.
D οἶμαι δὲ Procl.
[τὰ om.] Procl.
E ἐρωτήσεις Olymp.
οὐκ ἂν Olymp.
σὺ om. Olymp.
114 A *αὐτῶν Procl.
B μὲ om. Olymp.
[λόγῳ om.] Olymp.
*οἷός τε Olymp.
[πείθειν om.] Olymp.
C ὁ om. Olymp. (bis)
D τοίνυν Procl.
*ἤ που νῦν Procl.
E *οὐκ ἔτι Olymp.
[καὶ ἂν εἰ μὴ] Olymp.
οὐ γὰρ Procl.
115 A [τῶν om.] Procl.
*ἔδειξεν Olymp.
καὶ Procl.
B τε ἔλαβον Stob.

115 B θανάτους Procl.
C πότερα ἂν Procl.
D *πόσῳ οὖν Procl.
E προσεῖπας Procl.
116 A ἢ ὡς Procl.
118 B μὲν ὀνομάζειν Olymp.
καταμαρτυρεῖ Olymp.
ἐπὶ τὰ Olymp.
διὸ ἀλλὰ Olymp.
C γάρ τοι Olymp.
ἤδη om. Olymp.
D [τί δὲ] Olymp.
εἰπεῖν ἂν Olymp.
E λίθοι Olymp.
119 C ὑπὲρ σοῦ Olymp.
ἐμαυτοῦ Olymp.
120 D γενέσθαι Olymp.
122 B *εἰ μή τις Olymp.
C ἐθελήσειας Olymp.
τε om. Olymp.
E *αὐτοῖς Olymp.
πάντων Olymp.
123 B ποτε ἤκουσα ἐγὼ Olymp.
124 C θεῖος add. Procl.
125 B τί οὖν Olymp.
καλεῖς Olymp.
C καὶ τῶν συμβ. Olymp.
127 B ἐλέγομεν Olymp.
κατὰ τὰ αὐτὰ Olymp.
D ἢ τὴν Olymp.
E ἀποκρίνασθαι Olymp.
θέλῃ Olymp.
129 B τάχ᾽ ἂν Olymp.
130 B ἄρξει Olymp.
C δεῖ σαφέστερον Olymp.
132 C γνοίημεν Olymp.
D *παραδείγμ. αὐτῆς Olymp.

133 D οἷον ἑαυτοὺς Olymp.
E γε om. Olymp.
135 B πρὶν δὲ τὴν Olymp.
D εἶπας Olymp.
μὲν ὧδε Olymp.
E δ' ἂν Olymp.
Euthyd. 279 A κατὰ σῶμα Iambl.
Gorg. 447 B ἐθελήσει Olymp.
449 C μέντοι Olymp.
452 B μετὰ τοῦτο Olymp.
459 C *πρὸ λόγου Olymp.
D καὶ περὶ Olymp.
463 D *ἂν om. Olymp.
467 D τούτου Stobaei B
469 A *ὅστις om. Olymp.
[ἂν ἔγωγε om.] Simpl.
C οὐδέτερον Simpl.
[ἀνάγκη] Simpl.
470 A τοῦτο Olymp.
473 B ἀλλ' ἔστι Olymp.
482 C *δοκεῖ μοι Olymp.
491 E ὅστις om. Alex.
*ἂν ἀγνοοίη Alex.
493 A Ἰταλικός τις Iambl.
D ἀληθέστατον Olymp.
τὴν νῦν Iambl.
E μηδὲ Iambl.
Menexen. 246 D ὑπὸ γῆν Iambl.
ἅπαντα Iambl.
*καλῷ Iambl.
247 A [πρῶτον] Iambl.
B [ἡμᾶς γ. ἐγγ.] Iambl.
[ἀπορεῖ δὲ αὐτοῦ] Iambl.
248 A [ἐν ἄλλοις] Iambl.
ἡμεῖς Iambl.
Reip. 479 D προσωμολογήσαμεν δὲ ἔτι Simpl.

514 B εἶναι Iambl.
ᾠκοδομημένον Iambl.
515 D αὐτὸ Iambl.
[τά τε] Iambl.
516 A [τῶν] Iambl.
[καθορῴη] Iambl.
σεληνῶν Iambl.
B οἷός τέ ἐστι Iambl.
517 A *ἀμβλυωπεῖ Iambl.
παρέχοι Iambl.
B [ὡς ἀληθῶς τοῖς] Iambl.
C παρεχομένη Iambl.
518 B οὐχ οἷον Iambl.
521 C *τόδε Iambl.
φιλομάθειαν Iambl.
ἀληθινὴν Iambl.
523 C †μέν που Iambl.
D ἐπ' ἐσχάτῳ Iambl.
532 D *ἀορατῷ Iambl.
536 B φιλομαθείας Iambl.
546 B μὲν οὖν Procl.
C καὶ Procl.
547 A γίνηται Procl.
617 B ἰέναι om. Simpl.
δεύτερον Simpl.
D ὅδε λόγος Procl.
λήξεται δαίμων Procl.
δαίμονας Procl.
618 A ἀνθρωπίνους Procl.
B μὴ Procl.
ἀλλοίαν τε Procl.
619 B δὴ Procl.
αἱρέσεώς τινος Procl.
620 C πόνων καὶ φιλοτιμ. Procl.
E ἰέναι om. Procl.
Leg. 636 D φύσει om. Simpl. Aspas.

636 E ὁμοίως καὶ ἰδιώτης om. Simpl.	660 E κεκτῴτο Iambl.
660 E τιθοίμην Iambl.	661 A [τολμῴη] Iambl.
	[νικῴη] Iambl.

Ex harum lectionum enumeratione forsitan occurrat illud, si aut nullius aut dubiae fidei ipsae sint, non esse eas idoneas, quibus aliquid de archetypo quodam vetusto probes; corruptelis enim vel interpolationibus vel quovis modo eas natas esse posse. quod adeo non neglexi, ut ipse eos locos singularibus notis distinguerem, quos ex sobrii iudicis sententia extra causam relinquendos esse crediderim. atque astericis eas lectiones insignivi, quae corruptelis natae videntur esse, crucibus notavi, quibus interpolationis maculam inesse censui, cancellis segregavi, quas auctores habere iudicavi Proclum, Iamblichum, ceteros consulto verba Platonica invertentes. exime hos qui multi sunt locos: relinquntur tot lectiones, quas pro veris scripturae discrepantiis habere necesse est, ut, quod studemus, probatum sit. sed concedamus nihil lectionibus hisce probari, tamen restant alterae illae, quibus genuinam Platonis scripturam servari edixi; relege ergo hasce:

b) genuinae scriptorum lectiones.

veteres scriptores	libri nostri
Phaed. 66E φρόνησις Iambl. Plut.	φρονήσεως
87 A ἀνατίθεμαι Olymp.	ἀντιτίθεμαι
Theaetet. 173E διερευνωμένη Theod.	ἐρευνωμένη
174 B ἢ ποιεῖν Iambl.	ποιεῖν P
175 D οὐδὲ Iambl.	οὐ
176 C τοῦτο Iambl. Theod. Eus.	τούτου
Sophist. 245 B λόγῳ Simpl. EF	ὅλῳ λόγῳ (λόγῳ ὅλῳ)
φανεῖται Simpl.	φαίνεται
258 A οὖσα Simpl.	οὐσία
D τοῦτο δαμῇ Simpl.	τοῦτ᾽ οὐδαμῇ
E ἕκαστον Simpl.	ἑκάστου
Phaedr. 247 B ᾗ δὴ Procl.	ἤδη
E ἡμεῖς Syr.	ἡμεῖς νῦν
Alcib. 104 C ὅπουπερ Procl.	ὅπου
D εἰδέναι Procl.	εἰδ. ἀκοῦσαι (καὶ ἀκοῦσαι)

Alcib. 106 E καὶ αὐτὸς Procl.	καὶ ἐγὼ
108 E τὸ ἄμεινον Procl.	τῷ ἀμείνονι
109 D οὐ μὰ Procl.	μὰ
112 E οὐκ ἐπίσταμαι Procl.	συνεπίσταμαι
113 A ἔρωμαι ποῖα Olymp.	ἐρωτῶ (ἐρῶ) καὶ ποῖα
C οὐκ Procl.	ἀλλ' οὐκ
115 C πότερα ἂν Procl.	σὺ πότερα ἂν
120 A ὀρτυγοκόπον Olymp. Athen.	ὀρτυγοτρόφον
127 B εὖ Olymp.	αὖ P
Gorg. 448 B τί Olymp.	τίνα
454 A ἄρα Olymp.	γὰρ αὖ (οὖν, ἂν)
456 C πάλιν Olymp.	πάλαι
458 C γοῦν Olymp.	δ' οὖν
467 B σχέτλιά γε Olymp. Stob.	σχέτλια
493 D ἀληθέστατον Olymp.	ἀληθέστερον
E δὲ ἀεὶ Iambl.	ἀεὶ
506 D τεταγμένον τι Iambl.	τι om.
Leg. 661 B ὅτι δ' ἂν Iambl.	ὅτι ἂν

Non paucos locos, quos corruptos omnes hi libri nostri exhibent, Iamblichus, Syrianus, Simplicius, Proclus, Olympiodorus, alii pristino integritatis nitore splendentes servarunt. quos quis ab illis proprio Marte correctos esse iudicaverit? an ei sunt, quos quis facile coniectura emendet? immo sequere cunctis his locis veterum illorum scriptorum testimonia: ipsius Platonis premes vestigia, quae e librorum nostrorum memoria plane evanuerunt. licet vero imminuas auctoritatem lectionum harum optimarum et a coniecturae suspicione liberarum, quia unus solus scriptor testis est: at summi momenti ei sunt, quibus complures scriptores consentiunt in scriptura dissentiente. vide, quot locos singulari hac gravitate insignes e tabulis nostris tenuissimis — nam et paucos e magno numero adscivimus scriptores et paucos, respeximus dialogos — producere licuerit.

Phaed. 66 E Iambl. Plut. φρόνησις : P φρονήσεως
67 A Iambl. Plut. om. τε : P exh.
69 A Iambl. Stob. om. καὶ : P exh.
Theaetet. 173 E πέταται Clem. Euseb. Theod.: P φέρεται (πέτεται)
175 C Iambl. Euseb. FG πολὺ : P om.

Theaetet. 176 A Simpl. Theod. ἀπολωλέναι : P ἀπολέσθαι
Simpl. Theod. om. ἀεὶ : P exh.
C Iambl. Theod. Euseb. τοῦτο : P τούτου
Sophist. 242 D Theod. Euseb. ἀσφαλέστερον : P ἀσφαλέστατον
Phaedr. 246 B Simpl. Euseb. ψυχὴ (γὰρ) πᾶσα : P πᾶσα (ἡ) ψυχὴ
247 C Simpl. Procl: θεατῇ : P θεατῇ νῷ (χρῆται)
Alcib. 113 B Procl. Olymp. ὁ Ἀλκιβ. : P Ἀλκιβ.
120 A Olymp. Ath. ὀρτυγοκόπον : P ὀρτυγοτρόφον
467 B Olymp. Stob. σχέτλιά γε : P σχέτλια
Leg. 636 D Simpl. Aspas. om. φύσει : P exh.

Quae cum ita sint, necessario eo adducimur, ut ex uno libro archetypo omnes nostros libros originem ducere statuamus. neque enim alio modo explicari potest, quomodo factum sit, ut omnes libri nostri iisdem locis laborent vitiis iisdem, cum sanae veraeque lectiones in veterum illorum scriptorum exemplis Platonicis legerentur. sequitur certo quodam tempore, cum rari fuerunt libri Platonici, unum librum omnes dialogos complectentem tanta auctoritate fuisse, ut permulta inde exempla exscriberentur; quae exempla cum auctoritate originis, copia scriptorum Platonicorum, nitore novitatis commendarentur, factum est, ut libri vetustiores qui hic illic etiam latebant, facile oblitterarentur, neglegerentur, pessumdarentur. quo facto memoria dialogorum Platonicorum in uno illo libro, unde quae unica legebantur nova exempla descripta erant, nitebatur, quem librum archetypum x dicimus. neque vero credo hunc librum tantum hominibus aequalibus impositurum fuisse, ut cetera exempla abicerent, nisi propria quadam vi et auctoritate ille instructus fuisset. dicam breviter, quid sentiam: liber a viro docto vel a pluribus viris erat editus — vereor dicere recognitus —, quorum quae apud aequales erat auctoritas, eadem facta est vis et pondus archetypi x.

Iam quae demonstrasse nobis videmur, paucis verbis comprehendamus: videbis ipse ex tempore, quid effecerimus. omnes libri nostri et familiae α et β Platonici ad unum archetypum redeunt; archetypus a viris doctis vel uno vel pluribus editus videtur fuisse; familia β non ex α derivata est; lectiones familiae β magna necessitate cum lectionibus vetustorum exem-

plorum Platonis coniunctae sunt: patet, archetypum qui ediderunt, eos librum vel libros vulgatae antiquae adhuibuisse. ita igitur verum est, quod supra quaesivimus, librisne familiae β memoria veterum librorum propagaretur, ut ex uno vel compluribus librorum illius aetatis omnes nostri libri originem ducant, nempe ex iis quos adhibuerunt, qui archetypi x verba constituerunt. vides quid lucis hinc ad origines familiae α illustrandas redundet[1]. haec enim sicut omnes libri nostri ex communi illo archetypo x provenit; atqui familiam β, cuius lectiones artiore necessitate cum vulgata antiqua coniuncta sint, consentaneum est archetypi testem esse fideliorem quam familiam α: ergo recentior familia α quam β, ita ut plane contrarium efficiatur eius quod Schanzius contendit. atque ita nata est familia α ex archetypo x, ut viri et artis grammaticae periti et librorum Platonicorum veterum ope instructi verba Platonis via ac ratione recenserent. huc virtutes illae redeunt nimis dudum concelebratae familiae α, non ad integra venerandae antiquitatis exempla Platonica. quare qui ad α potissimum verba Platonis recensenda esse iudicant, eos semper conscios sibi esse oportet niti se in auctoritate virorum, quorum neque scientiam neque artem neque praesidia operis cognita habent. quamquam non nego viros illos dignos esse, quibus fidem habeamus, libenterque concedo multo praestantiorem operam relliquiis Platonicis eosdem dicasse, quam qui archetypum x ediderunt, tamen caute agamus cum illis. eadem igitur huic familiae est condicio, quae Demosthenis Parisino Σ et Isocratis Urbinati Γ. sunt optimi, sed optimi sunt non quia optime scripturam veterem servarunt, sed quia optime recensiti sunt. quod quanti momenti ad recte aestimandam fidem et auctoritatem 'optimorum' illorum sit, non est, quod moneam. sed haec nunc meum non est accuratius persequi; ne vero plane ficta protulisse videar, pauca haec adumbrata volo. maximus est numerus librorum familiae β, perexiguus familiae α: nimirum consentaneum et e re est longe patere campum antiquioris archetypi x, contra recentioris recensionis orbem artum esse.

[1]) Quae de male discretis familiis α β et de aetate familiarum dixi, de his imprimis Brunonis Keil scholis edoctus sum.

addo alterum: iustae recensionis vestigia in 𝔄 deprehendimus, quae etiam supra (p. 24,2) significavimus. atque satis iam dictum est de Alcibiadis loco (104 D), ubi insanum εἰδέναι ἀκοῦσαι familiae β ita interpolaverunt, qui α recensuerunt, ut καὶ interponerent, cum genuinum εἰδέναι Proclus servaret. alter locus est Phaedr. 247 C, quem sic exhibent libri α: ἡ γὰρ ἀχρώματος τε καὶ ἀσχημάτιστος καὶ ἀναφὴς οὐσία ὄντως ψυχῇ οὖσα κυβερνήτῃ μόνῳ θεατῇ νῷ . . . τοῦτον ἔχει τὸν τόπον; in quibus pro ψυχῇ οὖσα familia β adsentiente Proclo (Simplicio Syriano) praebet οὖσα ψυχῆς. iam vocis ψυχῆς vel ψυχῇ locum non esse in verbis illis Madvigius docuit; quodsi glossema est, quaeritur, cuius vocis vel sententiae; nec difficilis res diiudicatu; νοῦς enim κυβερνήτης est ψυχῆς; ergo genuinum est ψυχῆς, fuitque in vetusto quodam libro sic scriptum: ὄντως οὖσα κυβερνήτῃ (ψυχῆς written above οὖσα); sed cum auctores α recte perspexissent ψυχῆς hic loci ineptire, ad praecendentia glossema ita traxerunt, ut genetivo in dativum rescripto cum vocem ante ὄντως posuissent, ψυχῇ ad ἀναφὴς referrent; iam haec evasit sententia: ‘essentia, quam anima tangere nequit, cum sola cogitatione tangatur’, quae sententia ut aliena a Platone est, ita digna interpolatore admodum docto. a genuinis igitur verbis Platonicis familia β propius quam familia α abest. tertium exemplum praebetur verbis Soph. 245 B τὸ δέ γε τοιοῦτον ἐκ πολλῶν μερῶν ὂν οὐ συμφωνήσει τῷ λόγῳ, qualia sunt apud Simplicium; α exhibet τῷ ὅλῳ λόγῳ, β τῷ λόγῳ ὅλῳ. iam vero ὅλῳ ineptire patet; referendum enim est ad verba κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, quae proxime antecedunt; quare iam Schleiermacherus non cognita Procli lectione verum coniectando invenit. τῷ λόγῳ ὅλῳ, quod in β, graecum non est, graecum est τῷ ὅλῳ λόγῳ; nimirum docti auctores α vocem spuriam apto loco inter verba receperunt; in prava vocis collocatione, quae in β est, veri vestigium quoddam servatum est. moneo autem ὅλῳ non glossema esse, sed dittographiam ex $\hat{o}$, i. e. λόγῳ, falso iterato natam. sed haec peculiari inquisitione digna. aliud hoc addo: viros illos ad verba recensenda usos esse auxilio librorum, qui singulos vel aliquot dialogos Platonicos continebant, inde efficitur, quod textus libri 𝔄 alius est

pretii aliis in dialogis; quod quo quis attentius Schanzii — Schanzii dico α tutoris — recensionem perlustraverit, eo magis sibi persuadebit. quod minime mirum: una enim cum melioribus archetypi x libris viri illi arripuerunt deteriores, ad quos Platonis verba recenserent; atque ut hoc statim adiciam, patet hinc condicionem familiarum α et β necessario eam esse quam deprehendimus, nimirum praestare α et singulis quibusdam lectionibus ex antiquis exemplis oriundis et certis quibusdam scripturae virtutibus ad doctrinam grammaticam exactis, neque esse unice sinceram vel fidelem testem. quid? si ope familiae β destituti essemus, de permultis Platonis locis sanandis plane desperandum erat[1]). quam utriusque familiae naturam cum aliis ex causis, tum ex ipsa familiarum origine redire contendo. neque enim negari potest veteres libros, quales Procli Olympiodori aliorum erant, hic illic latuisse, cum archetypi auctoritas longe lateque dominaretur; studia Platonica Constantinopoli, Athenis, Antiochiae, Caesareae, Hieropoli, Gazae, Alexandriae floruerunt nec verisimile est brevi tempore ubique libros illos veteres exstinctos esse. quod ut valet ad naturam recensionis α recte pernoscendam, ita ad res et fortunam alterius familiae bene perpendendas et iudicandas plurimum interest. familiam enim β in plures ordines discedere dudum cognitum est. qui si quaeris unde exstiterint, non vereor profiteri eandem subesse causam, quam ad illustrandas familiae α origines summi esse momenti modo demonstravi. dico enim ordines illos ortos esse, cum ex antiquoribus illis libris lectiones inferrentur in libros β, qui ex archetypo x orti erant. qua ratione optime explicatur, quomodo fieri possit, ut ex nostris libris quidam neque aetate neque virtute praestantes soli omnium eas lectiones servent, quas apud scriptores invenimus. exempla in promptu sunt:

Phaed. 66 A ἐπιχειροίη Γ Iambl.
99 B βέλτιστα αὐτά ΓΗ Simpl. Stobaei P
Sophist. 244 E σφαίρης ΓΛCH Simpl.
Alcib. 110 E οἷοί τε Ξ Procl.

---

[1]) cf. p. 24,2 et p. 36,1.

Alcib. 113 A ἐρωτῶ καὶ ποῖα ΞΓ[1])ν Procl.
Phaedr. 247 E ὄντως ὄντα Ξv Simpl. a
Sophist. 258 C αὐτὸ Ξ Simpl. DE
D οὖν om. Ξ Simpl. aF
Gorg. 447 D ἔρομαι ΞΦΓ Olymp.
471 A μὴν ΞΣΥ Olymp.
493 A Σικελικὸς ΞΣΥ Iambl.
Reipubl. 525 A περὶ αὐτὸ Ξ*v* Iambl.
546 B γενητῷ ΞΦm Procl.
515 D ὀρθότερον ΦDKm Iambl.
Gorg. 493 A ἀνοήτων ΣΦW Iambl. Stob.
Alc. 110 B σοῦ om. Σ Procl.
Menexen. 246 D αἰσχύναντι ΣZ Iambl.
247 B οὐδὲν ἢ παρέχειν ΣΦZW Dionys.
ἢ οὐδενία bΠ² Iambl.
Theaetet. 176 C δοκοῦσι Π Iambl.
177 B ἐθελήσουσιν Υ Iambl.
Reipubl. 380 D ἐξίστατο tv Simpl.
524 C καὶ ἡ ὄψις *v* Iambl.
537 C οἰκειότητός τε *v* Iambl.
Alcib. 132 A ἀπολείπω Ev Olymp.
Theaetet. 177 B ὅταν bW[2]) Iambl.
Sophist. 244 E χρεών W al. Simpl.
245 D γενομένην οὔτε οὖσαν W Simpl.
248 E ἑστὼς W(Ξ) al. Simpl.
249 B γοῦν W Simpl.
251 C αὐτὸ om. W Simpl.

---

[1]) Patet non ad recens exemplum scripturam Ξ redire; quare laudandus videtur K. F. Hermann, qui quamvis libri illius lectiones ad tantam antiquitatem redire nesciret, tamen rectum iudicium de praestantia eius tulerit, ita ut eum optimum tetralogiae septimae, in qua libro Bodleiano destituti sumus, testem haberet eiusque ad normam verba philosophi recenseret. at Ξ e Veneto 186 transcriptum nunc dicunt (cf. quae congessit Wohlrab, die Platohandschriften p. 686--689); quod si verum est, editor Platonis novus hunc librum (Ven. 186) accurate examinet oportebit.

[2]) Distinguendus est Schanzii W in Theateto Menexeno Sophista a Bekkeri W, qui est in Gorgia cf. p. 37,1.

Neque dubito, quin veterum illorum librorum auctoritas etiam immutandi Thrasylli ordinis causa interdum fuerit. qui enim in transcribendis duobus exemplis lectiones antiquioris recentiori immiscuit, is facile auctoritate et virtute antiquioris eo adduci potuit, ut non solum lectiones singulas ex illo reciperet, sed etiam ordinem dialogorum ad illud immutaret. hoc ad Tubingensem 𝔗, de quo Wilamowitzius l. c. verba fecit, valere credo. eadem ratione — nimirum contaminatione librorum familiae α et β — mixtum illud librorum genus, quod tertium statuunt, natum est. constitutus autem est archetypus x et post saeculum VI — id quod e memoriis Platonicis scriptorum patet — et ante a. 895 p. Chr. n., quo anno 𝔄, dux familiae α, conscriptus est, quo antiquiorum esse archetypum x necesse est. satis autem habeo his modis tempora et origines archetypi adumbrare; accuratiora altioris sunt indaginis, cui nec scientia nec copiae meae pares sint.

Sed ut finem faciam; quid lucrati sumus ad rem criticam in Platone factitandam? abiectis Schanzii opinionibus, hoc nobis tenendum esse videtur. quandoquidem deteriores, quos dicunt, libri redeunt ad antiquos libros, scripturae eorum neglegendae non sunt, quia sunt alterius β familiae, neque quae sunt prioris familiae α, praeferendae illis, quia sunt prioris, sed singuli loci subtiliter erunt perpendendi, quae requirant ars grammatica, usus dicendi scriptoris, sententiarum nexus ac ratio. atque omnino libri, qui sunt alterius familiae, iam desinant vocari deteriores. etenim et propter aetatem et propter originem et propter virtutes in verbis Platonis recensendis non minoris sunt faciendi quam familiae α, sed eiusdem auctoritatis et fidei in gradu habendi.

Iam restat, ut Brunoni Keil, praeceptori humanissimo, summas gratias agam, qui ut semper studiis meis favit opera et consilio, ita et huius libelli fuit auctor et dux indefessus.